

(unde gravis labor & dolor) abutens potestate concessa, quærens in rapinam quæ non sua impunitate protecta: equidem cum ex malis nascitur salum & felicitatem; & terribilis ac in subditos horribilis, exercet tyrannicè crudelè amaritudinè. At unde tanta moles vexationum? In terrorem & horrorem, à semet ipsa iudicium: & horribilis atque terribilis prorsus, ex potestate mesurabili legibus; quod insolentia sine formidine perpetraret, quod placeret, & primum putem in mentem venisset: reducereturque fas aut nefas sententiarum, ad horribilis & terribilis iudicium: equidem nulla legum neque rationis integritas: si ratio & lex potestativa cupiditas: quippe undique (si iudicium) temerarium; ubi relinquatur regimen in dominantium iudicium. Modò expeditiones iuxta moderantium cor; in prudentiam horror est. Sedit fatuitas, sed temeritas, viget arrogantia, floret insolentia, debacchatur furor, minatur terror, graffatur prolium; quoniam nullum à lege & consilio frenum, dum mens phrenetica à se & per se construat sine iudicio iudicium: in regimine exercens diabolicam potestatem; ad flagellum subditorum, & animæ amaritudinem: equidem quod placuerit quantumvis ex horrore dicitur sanctum; & quod ex legibus displicuerit, ad regimina delirium maxime dum aridit potestatis vagabunda libertas; ubi lex & infrangibilis delictiorum voluptas. Videte, & admiramini & obstruiscite: quia opus factum est in diebus vestris; quod nemo credet, cum narrabitur. Vide dicta Tautolog. 8. à n. 10.

Nonnunquam conatus gentis terribilis & horribilis, in regimine sensim cum actu occupato, extenso iurisdictionis; ut nota potestas sit una voluntas: & assequatur insolenter animus, quod etiam vita in voluntate eius: siquidem si invenerit in extensione levissimum rimulam; haud usurpatam quiescet, donec & surripiat totam, ut ad libitum proterat leges, nec ulla audiat, nisi tantum potestatis. Furor, ut inquit Plin. lib. 9. Epist. 27. patet quanta potestas, quanta dignitas, quanta maiestas, quantum denique Numen. Appositè Achill. Bocch. d. Symbol. 106. in subditum rebellem, & osorem legum Principem. Superbus ille habendus est, & insolens, Nihil ferendus, Principum qui subditus Mandata persequi negligens detrectat. Sed Praefes peior sine lege princeps. At cogitare oportet: ubi reverentia, Pudorque sanctus, ibi salus tutelaque est.

Quærit iudicium Praefatis lex, non est ex lege iudicium.

Verf. 5. Conatus arrogantis iurisdictionem excedere.

Plin. Achill. Bocch.

Veb civitati, in qua viget nefaria contemptio legum: atque per licentiam abiectionem obedientiæ, fit quod libet.

DIDASCALIA III.

Pugna SS. Martyrum semper in triumphum.

**M**ala & mundi bona invicem cedunt, quippequam habitu ad speciem distinguuntur: falluntque frequenter cogitationem, quoniam dumtaxat oculi seducuntur per titillantem speciem: inveniturque voluptas qua cogitata acerbior, & vehemens sensus cordolum, quod amplecti debebat gratum pectus ut delictum. In triumphum adversus Pompeium aspirabat Cæsar, exitumque pugne valide inquirere ab aruspice. Quærenti porrò (in eo refert Plutarch.) niman aliquod victoria signum in exitis consecret, Tu, inquit, rectius quam ego, tibi responderis magnam enim Diis status rerum tuarum in diversam partem portendant mutationem. Itaque si in presentia res tuas existimas bono esse loco, adversam fortunam: in afflictis censes, meliorem speras. Fallitur iudicium hominis in prosperis & adversis; igitur miserè labat, si sese felicem per speciem ludente fortuna iudicat; dum cogitans propter pugnam afflictionem, in ipsa latentem invenit felicitatem. Ab intus gloria iusti, circumdata varietate: equidem prosper, dum apparet miser: degitque miserimus, qui extra labores plauditur ut felicissimus. Omnium istorum iudicium in publicum spectat (inquit Senec. Epist. 120.) Ille quem nos & populo & fortuna subduximus, beatus introrum est. Signum Regis fastidij vel gratiæ signavit Ionathas iactum sagittarum proposita metâ; cum discrimine, quod essent intrâ vel ultrâ. Si intrâ, pax: si ultrâ, indeclinabilis nex. Haud seæus dum tribulationes mittuntur tela de celo, ut fulgeat vulnere, vel iceat homo: igitur si fagite feliciter transeunt, iminet futura calamitas: si visceribus barent, planè ventura felicitas: tribulationes enim elaborat per artificem patientiam, Regis caelestis vulnere demonstrat gratiam: etenim illi cordi, ut arctius diliger, quos tamquam fagittis persecutionibus probat.

Cæli cælum mercede rependit. Modulatur Man. lib. 1. Astron. cap. 5. v. 152. Si mercede cæli cælum rependit, ante cælum,

Alienus habetur voluptatis & doloris.

Plutarch.

Senec.

Gloria Martyrum ab intus.

Manil.

lum, qui propter illum patitur, cælum habet. Vivide: in mundo gloria, perleccio-nem pati.

2. Iratus Dominus Salomoni, quod averfa esse mens eius à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundo. Hebr. & Maluend. Qui visus erat ab eo icibus duobus. Dei aspectus dicitur ictus? De huiusmodi profunditate phrasis, divimus, Tautolog. 3. D. 5. n. 9. Vidit Salomonem in idola præcipitem, quotidie in deterius vergentem. Vocavit delicijs, sed non respondit. Percussit, vexavit ictibus, sed nec sensit: & cum persecutiones quas eius pietas peccatoribus immittit, in animum dirigantur conversionem; Domini patientis excitavit bilem, eò quod ad conversionem dormiret immotus pectus, quod excitare concupiscerat tot ictibus. Vernaculè: Era razon se enfade, no queriendo el peccador desparar à tanto golpe. Ergo in Didascalia institutum. Apparuit Dominus, eiusque aspectus dicitur ictus. Ictus est in vulnera, in plagas, in dolorem, in cruciamen: eius aspectus in gaudium, in suaviter, delicias & beatitudinem: & dum exponitur in persecutionibus ictus, Dei memoratur aspectus; equidem si ex eius visione gloria, latet proculdubio in pœna: ex qua quidem tantum animæ diffunditur gaudium, quasi iam videret Dominum. Patuit in Stephano. Ictus saxorum suscepit, & cælos apertis vidit. Deus cæli cælum mercede rependit: igitur cælum in terra cæli constituit felicitatem, pro cælo pati iniustam persecutionem. Regnum Dei (inquit Bernard. de Divers. serm. 21. n. 1.) promittitur, offeruntur, præcipitur, conceditur. Concedatur in prædestinatione, promittitur in vocatione, ostenditur in iustificatione, in glorificatione percipitur. Sic regnum Dei collocatur præter datur in patria. Idem sed aliter, ut inhabitet gloria in terra nostra. Promittitur, ostenditur, conceditur, percipitur; quippequam in mundo caeleste gaudium, cæli fagittas vulneribus sustinere propter cælum. Sentiantur, cæterum abest cordolum. Planctus est, sed non erit in planctum.

Ille sed lachryma facient sine sine beatum. Dulcior hic risu tunc illi fietus erit.

3. Ipse dicit Bernard. Homil. 4. Super Missus est, n. 11. Pius Dominus gratias agit, ne gratias tribuat. Confert sane dona hominibus, dum tradit persecutionibus; igitur eius insigne pignus amoris, merita conficere ex illatis pœnis: confertque in tribulationibus gratias; ne gratias tribuat, sed

3. Reg. 21. 9. Hebr.

Dominus per cælo rem patuit, ut fensu ex cælo.

In mundo caelesti gloria pati pro iniusta.

Bernard.

Ovid. in Iliad. v. 209.

Bernard.

Pignus dicitur conferri datur in pœnis.

præmium pugnantium clareat: equidem gratia meritis ex certamine nascitur coronam, in quo victores per collatam gratiam. Tribuendo gratia confertur: retribuendo, gloria datur: gratiamque Dominus in tribulationibus donat, ne gratias ex pugna & victoria tribuat; quippe cum gratia debeat gloria caelestis, laetitæ caelestis gloria in gratia perfectionis. Novum videtur in Christo auxilij prompti suspensio, utiens discipulos laborantes exorta temptare, in remigando. Erat probatio virtutis in demonstrationem dilectionis; ut ex certamine fruerentur gloria ex devicta tribulationis procella: itaque videns laborem, dum dilecti remigando certant contra tempestatem; quoniam gratiam auxiliatricem tribuendo in pagnam, devictoria ex conflictu summam habet complacentiam. Tribulationibus successivis quæstus è celo (quod huiusmodi suppellectilem dumtaxat tribuit pectori magnanimo) inclutus virtute Iob; haudquamquam in praelio celsit, nec clascium fugit: imò surrexit, & adoravit. Unde gratia ex immisso cruciata? Unde adoratione exhibita gratitudo? Pluit cælum calamitatibus & arumnis; gratiaque agit reverentiâ adorationis? Momenta tribulationum cognovit, ubi propter illas obsequiosus gratias egit: equidem cum ex victoria (ex acerbitate difficilis prorsus certaminis) gloria latentis resularet copiosissima merces; & debebat gaudere nobile pectus, quod occurreret occasio, ut cognosceretur virtus, & theatrum faceret Deo, ubi invieta pectoris fortitudo: gratiam utique concedentis blandimen, acere dilecti videre certamen; & simul in eius gloriam propter virtutem coronare victorem.

— Adversis probitas exercita rebus Tristi materiam tempore laudis habet.

4. Monet Ethnicus, quod facit & perficit Martyram virtus. Quid est præcipuum? Possit lato animo adversa tolerare (subdit Senec. Praefat. in lib. 3. Natural. 99.) sic ferre, quasi tibi volueris accidere: debuisse enim velle, si scisses, omnia ex decreto Dei fieri. Fiere, queri, ingemiscere; desiciscere est. Quid est præcipuum? Animus contra calamitates fortis & cõrûmax. Acerba cuncta & leta? Sane quæ diffusa, consona. Felicitatis causa & initium fuit, quod calamitas vocatur: subdit idem Epist. 110. Hinc fortis animus, & valida virtus floret, avidè amplectens quod displicet; ut obtineatur certaminis gloria, quam congerunt specie oppressionis adversa: equidem cau-

Marc. 6. 247.

Iob. 1. 20.

Dei complacentia, virtus pugnantis invicta.

Ovid. 5. Trist. 6. v. 49.

Idem. Lætes ferit itas, que videtur ca la nitia.

causa cum intrusione doloris, patet in exitu initium felicitatis.  
 — *In vivo missum candore cruorem.*  
*Cunctaque miratur, quibus est mirabilis ipse.*  
 Miserabilis, legit Natal. Comes. Mirus, & miserandus? Quod aversum, miserificè effulberat in Martyribus, pugnantis tyrannorum diritate, ac inexpugnabili virtute; est iam non torquerentur membra, sed vulnera. Præ truculentia carnificum, non habet in illis iam nova plaga locum. Stat immobile pectus. Totum est pro vulnere corpus: at cum gloria initium sit, quæ calamitatis fors; dum apparent vulneribus miserabilis, ipsis plagis gloriantur ut feliciores: quandoquidem mirabile, quod doloribus exultant, quod cruciatibus acerbitates delectant, quod pœna placeat, quod amaritudo ardeat; quod vincant victi, & roborentur vulnere; quoniam mirabiles exhibentur in tormentis, dum iudicantur ab impijs digni commiserationis. Sepone iniquum pugna eventum (insit in rem Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2. num. 11.) quantum interfectore fortior interfectus? Nascitur, quia sic moritur: addit ibid. in Extern. n. 5. Esti moriantur, non tangit illos mortis tormentum. Virtus enim Intorto validum retorquet fulmine fulmen. Se cupit impius, & qui probat, ipse probatur.  
 Dumque petit, petitur; pariterque accendit & ardet.  
 Hoc intuitu gloria cœlestis, quæ latet in Martyribus ratione virtutis, confertur à Christo grano sinapis. Proprietas requirenda, ut rutiler unde gloria. Sinapis virtus habetur occulta (inquit Chrysolog. ferm. 98. apparet vero virtus eius vehementissimè, siteratur. Ita Christus corpore terri voluit, qui suam noluit latere virtutem. Ita oportuit Christum pati, & in gloriam suam vulneribus ingredi; ut mirabilis videretur, qui miserabilis ex passione videbatur: quandoquidem ipse vocat felicissimam gloriam, quam rebantur qui nesciebant passionem & ignominiam. Grao ergo sinapis virtus confertur Martyrum, ut demonstrent certamina triumphum, cadatque spes tyrannorum: etenim dum illos æstimant per imbecillis corporis fragilitatem; uti in grano sinapis maiorem vident virtutem. Ex attritu corporis victoria concipitur à tyrannis. Ludit phantasia, quia virtus occulta: caduntque ex cruciaminibus palma; eò quod ab illis facile, exiguum spectetur corpus, & longe

Ovid. 1. Metam. fab. 5.

Martyrum mirabiles, ubi subacti corporis panni.

Valer. Maxim.

Ovid. d.

Luc. 13. 19.

Chrysolog.

Virtutis & glorie splendore vulnera doler.

pectoris virtus: quæ quidem iure sinapi conierit; quippe virtus vehementior, dum comminuitur. Alia cogito. Sinapis virtutem habet, sensum non habet: virtutemque Martyrum granum sinapis exponit; etenim teruntur, cruciantur, hinc inde per varios casus in doloribus trahuntur, in tormenta dirissima vulnerantur, subeuntque constanter diminutionem membrorum; quasi patientes gravissima, non haberent ullam sensum.  
 — *Omnia de corpore fugit Quippe dolor.*  
 6 Diximus Tom. 4. T. 3. num. 48. ex Cardano, quod modo magnetæ tangatur gladius, sine dolore cœnificatur vulnus. Ex Guffarello verò, quod si ferum affricetur cuiusdam adamantis specie; vulnus fiet absque corporis dolore. Quod illi fingunt de ferro, verum erit ex Martyrum testimonio, quorum cor tactum cœlestis dilectionis magnetæ, & solidius adamantæ. Non itaque magnum, vulnerari, & non sentire: magnum sanè, sentire, & vulnerari; & ita doloribus ex virtutis constantia prævaleret; quasi in sensu nec esset sensus: & exultare, quasi non doleret vulnus. Corpus gloriosum non admittit, ut impatiibile, noctivam aliquomodo impressionem. Urget acre citra cruciamen cruciamen. Horriantur tortor, moles, catena, & pœnarum acerbitas ostendebatur. Execogitata omnia: quæcumque exquisita iudicis crudelitas imperat, se prævisse habere rati sunt: ait Ioseph. de Imperatio ration. Non sentiant: Et valde. In plagis tacito permanent pectore, occulta admirabili virtute: quandoquidem sensitivum corpus ad vulnus, quasi nullus esset sensus. Gloria latebat in pœna, propter fidem impacta; quæ quidem roborabat constantiam, quando suffocabat vitam: equidem dum sensui inferebantur ex vulneribus cruciamina; ad sensum quasi essent gloriosa corpora, quæ propter occultam singularitatem virtutem, repellent à sensu sensibilem peregrinam impressionem. Cor amore exardebat, nil sentit, dum flamma cœlesti flagrat.  
 — *Cæcis torrevi viscera sentit Ignibus, ac magnos superat virtute dolores.*  
 — *Felicia vulnera dicit.*  
 7 Singularis Hieronymi sententia, Epist. 142. Pruna ex altari à Seraphico nilnbro sumitur, ori Prophetæ applicatur, nstoque dicit: *Eccc tetigit hoc labia tua.* Quorsum huiusmodi verba? Tangi non cognovit? Ustionem non sensit? Altaris carbis (subdit Hieronymus) propriam lassa affe-

Martyrum virtus esse in doloribus, ad sensum non habet sensum

Virgil. 12. Æneid. v. 424

Quomodo ad cruciatibus, ex virtute sine sensu

Ioseph.

Dolor torrevit viscera sentit

Ovid. 2. Metam. fab. 4

Isai. 6. 7

Hieronymus

differtur passionem; quæ sub Manasse interfectus est. In nodum incidimus. Per medium fecerat, membratim minuit, instat sinapis teritur, passioque dita à patiente non cognoscitur? Cor igne cœlesti tactum, ad sensum non habet sensum  
 — *Ne facinus ulli Vulneribus fieri, ferroque recumbere, possit.*  
 8 Plura in argumentum exponere proposueram, sed cavi ne ita protraherem Didascaliam; ut præteritum quod medicatus scopum, in eucomia Karadignorum Martyrum, in quibus pares virtutes, similes pugna, & gloriose victorie. Magna enim Deorum Mater pro insigniore decore, nigra rutikans veste (uti observat Chartar. in illius Imagin. fol. 156. hos peperit electos, cuius electionem declaraverat virtus. Eiectos decore Numinis (ut vidimus in Litter. n. 63.) Selectos & insigniores: quandoquidem per illorum certactem & victoriam, virtus ostendit fuisse electionem divinam. Qui sunt illi & unde venerunt? Hi sanè Stephani Abbatis in Karadigna filij.  
 — *Dant iugulum cunctis: Pompea parata est.*  
 Et unde virtutes clareant, signatè matrem, Et nigra vestes corpora vestra tegant. Siccine omnes qui viderint eos, cognoscant illos. Deus illorum in vulneribus probavit validum cor, & invenit illos dignos sc. Parabatut ex certamine triumphus, quippe huiusmodi donum duntaxat electis eius. Anima talibus incitamentis occupata (inquit Augustin. de Sanctis, ferm. 35.) cum de terrenis ad cœlestem regnum vocati sunt; nihil concupiscit terrenum, nihil transitorium, nihil quod ad tempus ardet, nihil quod ad presens delectat. Risum Tom. III. Taut.

Cor igne cœlesti tactum, ad sensum non habet sensum

Marc. 4. à 30.

Cur confertur grano sinapis

Ovid. d. lib. 12. fab. 4.

Specimen Martyrum Karadignorum

Marc. 83. 20.

Ovid. in libro 2. v. 305.

Ibid. v. 305.

August.

Eorum exercitia ante Martyrium.

luctum computat, gaudium in movorem communiat, cui manius carcer, cœlumque habitatio est. In illo tantum gaudere appetit, qui super est. Liqueat voram, & trophæum. Eminet eorum glorificato in tormento: equidem habitatio est in collis; dum dedunt pro immortalitate cervicibus. Feruntur mente; quod nequeunt corpore. Vel in carne sunt etiam commerta cœli. Possidere volunt, quod avidissimè appetunt. Illic ingredi cupiunt. Tormenta non terrent, imò molcent; quippe impulsos flamma cœlestis amoris.  
 — *Luceat ire per castra.*  
 9 Eijcit Dominus de paradiso Inseleem Adamum. Claudit ne ostium? Minime, sed docuit appositis custodibus, quomodo ab exule obtineretur ingressus. Eiescit Adam, & collocavit ante paradisum Cherubim, & flammam gladium atque versatiam ad custodiendam viam. Ad custodiendam viam, non ostium; quippe virtuti reliquit ostium apertum: unde qui resugerit gladium & flammam, haudquam inveniet ad felicitatem viam. Invenit Stephanus cum suis non solum viam, sed ostium. Nonne custoditum? Itaque, verum non clausum, Regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud.  
 — *Sine laboribus non licet vesci.*  
 Aratum athera habitare.  
 Accinit Nonnus in Dionysiac. 20. v. 95. In regnum beatitudinis iuvat ire per enses: virtus iuvat audaces. Actua inquiri, dum ardens in astra tendit: gladiusque & flammæ exponitur, dum ostium in æternam felicitatem à Cherubinis ostenditur; ut clareat, quæ via Stephanus cum suis invenit ostium, & feliciter ingrederetur in cœlum: flammam excitavit cœlestis amor, gladium exercuit tyrannus furor. Transiit Stephanus per ignem & enses: igitur amoris flamma perduxit, quousque ferro tyranni cervicibus tradidit.  
 Et videns recto gladium mucrone tenentem, Fulmineum medijs excepit faucibus enses. Incaluit virtus, nec una eade refectus. Cum invenisset in æthera viam, vulneribus secum triumphans introduxit socios. Vires pugna dabat, labentemque turba suorum Excipit, atque humeris defectum imponere gaudet.  
 Ac veluti inclusu perosso in pectore Numen, Ut viam magnæ speciem virtutis adorant.  
 10 Stephanus exivit vivens, ut vinceret. In certamen data est ei corona. Græc. Datus Stephanos. Triumphum antequam contendere designabat, quippe coronam  
 Ecce  
 suo

Virgil.

Genes. 3.

Nonn.

Flammæ amoris subeunt enses

Eorum virtus

Lucan. 6. Phars. à 237.

Ibidem.

Apocal. 6. 2.



stia: & in Stephani focis victima quasi holocausti signatur, non holocaustum; quoniam ante vulnera desuper ignis incendium: igitur inflammata prius per divini amoris ignem, quasi victima holocausti crebris vulneribus effuderant sanguinem. Unde ut munus à Numine singulariter acceptum, in tempore erit respectus illorum.

16 Quid hoc? Quid respectus, & quis respectus erit in tempore? Perenne signum victorie. Aliquid novi in honorem perficiet Dominus, ut constet respectus in electos illius. Variæ sunt pro respectu Versiones. Lorin: & Alapid. Fulgebunt in tempore visitationis, inspectionis, premiando eos coronâ gloriæ, martyrio debita, præsertim corpora eorum; que tam atrocia tormenta sustinuerant, exornando dotibus. Iansen. Erit observatio. Denique Cantacuzeni. Erunt nota respectus illorum. Ad unguem cuncta, dum illorum virtutis quotannis per signa renovatur memoria. Deus qui suos milites non solum coronat in caelis, sed & in terris efficit gloriosos; ad ipsorum Martyrum gloriam, locum illum celebri miraculo illustravit, dum pluribus subsequentibus annis, die anniversariâ ipsorum cadis, tantam recentis errore aspersum, eundem rubentem ostendit. Stephanus cum suis caesus vulneribus moritur, eorum Sanctuarium à fidelibus devotè & reverenter visitatur. Quid ibi ab illis inspicitur? Ut virtutis nota; illorum sanguinis effusi guttæ, ut per gloriâ corporum, fulgeat quantum in caelestibus præmium. Observatur, inspicitur, & in tempore, ad speciem præclarissimæ victoriæ, notabile desuper munus: meditanterque non aspectus à Scriptura dicitur, sed respectus; ut miraculi successiva continuatio, stet pretiosæ mortis pro signo. Quod aspicitur; denuò respicietur. Apparet etiam rubens sanguis Martyrum: & in tempore sanè erit respectus illorum; quippe quotannis die anniversaria cadis, rubet guttatim quasi nuper effusus Martyrum sanguis.

Loria. Alapid.

Clem. VIII.

Sanguis illorum apparet in claustris.

Lucã. d. 2. à v. 101.

Proto-martyris error aparet in saxo. Alapid.

17 Dux huius phalangis, quum commune haberet cum Protomartyre nomen, in splendore coronæ eandem obtinuit virtutem. Etiam nunc locus sanguine Stephani consecratus, magna veneratione colitur: ait Alapid. in Act. Apost. 7. 25. additque Bonif. Bagatta (Tom. 2. Admirand. Orbis Christian. lib. 6. Append. 1. ad cap. 3.

n. 17.) lapidem unum insignem, quo lapidatus fuit S. Stephanus, totum adhuc sanguine ipsius quasi recentis maculatam. O virtutis ac Victoriæ magnitudo! Uerque vel post mortem facit prodigia & signa magna in populo. In Piscina Probatica, in cuius aqua purificabatur qualibet cæca in sacrificium victima, est lacus ( de Locis Hebr. refert Hieronym. lit. B. ) mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis: antiqui in se operis signa testatur. Opus antiquum erat receptio sanguinis victimarum cælarum in Dei obsequium: nuncque rubet sanguine colore: ut demonstret, hostiæ in templo quam acceptæ: etenim vulnera victimarum omnino grata, quum operis antiqui, effusi sanguinis apparebant signa. Hunc locum, sunt qui existimant (refert Adriehom. in Ierusal. n. 62.) fuisse, ubi sacrum ignem quondam reconderunt sacerdotes: quem cum requireret reversus Nebemias, eius loco reperit aquam. Describitur exemplar miraculi ex victimis Deo dicatis in templo Karadignæ. Sanguinem tamquam aquam gladii hostiles effuderit, ubi templo victimas mancipatas iugularunt. Ex amoris igne patefacta sunt vulnera: ac in lacu post cædes haud invenitur ignis, sed aqua; quippe rubet colore splendido sanguinis, qui in petore Monachorum ardebat amoris ignis.

Hoc colunt citos velut ipsa membra. Martyr bis terris tenui notasti Sanguinis rore speciem futuri Morte propinqua.

18 Pucri Hebræi in Nilo, seclum, traditi neci; & ut Rab. David placuit in Exod. 1. 16. in odium religionis. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, uti odibilis tyranni furentis animus.

In limine vita Infantis miseri nascentia rumpere Fata. Crimine quo parvi cadem potuere mereri? Sed satis est, iam posse mori. Trabit ipse furoris Impetus.

Signa Numen dedit virtutis infantum, atque truculentia tyrannorum. Luxta Memphis (ait Breidembach, in Peregrinat. Ierosolym.) est lacus, qui singulis annis rubescit instar sanguinis. Singulis annis apparent sanguinis colore Karadignæ Martyrum, martyrijque signa, & simul illorum in caelestibus gloria, cervicibus à tyranno scditis in odium venerandæ religionis, quibus vulneribus, illis patuit Olympus, signans quotannis illorum sanguinem, unaque concilians peccatoris venerationem: etenim si in

Bagatt.

Hieronym.

Adriehom. Insigne prodigii apparitio sanguinis Martyrj

Prudens Peristeph 4 v. 1129. Exod. 1. 21.

Lucã. d. v. 106.

Bern. Breid. Similit in lacu Memphis.

Sanguinis signa in vitiis monumentis.

caelis florent pretiosa memoria æternâ: apparet in terris sanguis ut virtutis illorum maneat memoria. Perfusum sacro splendebat sanguine claustrum. Magni nonnumquam habuit Gentilitas, modò huiuscemodi notis allamptorum in cœlum è terris, celebraretur maiestas. Apri vulnece procubuit Adonis, morteque illi concessa vita caelestis; atque in memoriam vulnerum, amor cogitavit succelsivum obsequium, venerationis officium:

Lucus monumenta manebunt, Repetitæq; mortis imago Anna.

Ovid. d. lib. 10. fab. 13. At quænam monumenta? Est aliud miraculosum (iust. Lucian. de Dea Syria, in princip. comes quo Adriehom. in Afer; n. 6. Natal. Exes. 5. Mytholog. cap. 16. Pontan. in Uran. lib. 1. nolque fusi in Adonij, Ephe-mer. 15. Jul.) Fluvius est nomine Adonis: hic quotannis errore insicitur, ipsaque pelagus magna ex parte purpuream efficit. Fabulantur quod illis tum diebus Adonis sauciatus, & error illius in aquam delatus fluminis colore miter, eique nomen præbeat. Sanè fabulantur, quippe huiusmodi insignia nostratam dumtaxat Martyrum monumenta. Religio Karadignæ Monachorum plantavit suam, singularis ferus Zafadepastus est eam; æterum Deus coelitus vitavit: quaquodidem quotannis eodem die quo craciati, in testimonium, recentis sanguinis apparuerant guttæ. Cuncta memoriam illustrant.

Adm. Fluvius.

Lucian.

Etiam nunc marmora manant.

19 Aliud etiam ferè simile finxerunt Ethnici. Memnon, qui Troiam venerat in auxilium Priami, ab Achille datus neci, Dijs spectantibus utriusque certamen, & curantibus singulari prodigio interfecti gloriosum honorem: etenim quo loco cæsus, & stillæ sanguinis cecideret; fons scaturit, de quo quotannis error fluebat, eodie quo Memnon ceciderat. Dicemus loc. cit. 21. Septembr. n. 6. ex Q. Calabr. P. raltip. lib. 2. v. 555. & alijs. Convertam in in sacra, equidem iam Ethnica fastidiosa. Christus ovavit ad Partem ante passionis pugnam; ac in agone factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Ac in terram non cecidit, sed in rupe mansit; ut pro signo incellanter & continenter federetur ait Hieronym. de quo n. seq. prædixeratque Sibylla, Vaticin. lib. 3. tucinens. Signaque saxa dabunt. Si in terram sanguis caderet, profectò biberet; neque nota certaminis atque triumpho remaneret. Unde dicit per Iobum: Terra, ne operias

Luc. 22. 44. Signa sudoris Christi in rupe.

Sibyll. Iob. 16. 29.

sanguinem meum. Ecce enim in cælo testis meus. Aminebat acris certamen, ex quo nobilissimum virtuti adepturus honorem, trophæo patente sanguine, in parte signum victoriæ: minimeque terra, sed signa præstabunt saxa, ne tante virtutis aboleretur memoria. Provocat passio in virtutem, ut acquirat sibi nomen. Testis erat cœlum: restabat quod mundus sciret triumphum. In terram sanguis decurrat, verum illum non fulcipiat. Saxa dent signa invincibilis virtutis, ut remaneant in memoriam guttulæ sanguinis. Ita sanguis Zachariæ designavit olim in silicibus maculas; ut ait Tertull. Adversus Gnostice. cap. 8. Sanguis sempiternus marmore infuso: Chrystoll. in Luit. Homil. 1. Superfedeo, quippe fuscæ astruo, loc. cit. 6. Septembr. n. 4. & 5. Novembr. n. 6. In saxis rubeat color sanguinis, cuius effusio honoratur à cœlis, indicantibus Martyrum triumphum, simulque in tempore respectus illorum: igitur quandò in marmoribus federint sanguinis signa, virtutis & mortis remanebunt monumenta.

20 Ulteriora cogito. Signa hæcine sanguinis tellera clarent virtutis; sed quantum auguror, etiam sunt implacabilis ultionis. Hinc in saxis micans sanguis Zachariæ, præsignabat cladem regni. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariæ; quem occidistis inter templum & altare. Obijcitur ipeculum effusi & post apparentis sanguinis, ex Martyribus Monachis. Sed pende prius, quod fulminat Dominus Deus. Ut superinducere indignationem meam, & vindictâ ulciscerer; dedi sanguinem eius super petram limpidsissimam, ne operiretur. Hieronymus subdit: Sanguinem super limpidsissimam petram, ut pateret omnibus, nec terra operiretur; sed super apertissimam lapidem ultio properaret. Sanguinem si hauriret terra, iniuria factæ evanesceret memoria; equidem tempus abolebat indicem, qui in vindictam moveret indignationem: at cum vindictam sanguinis iniuste effusi sollicitaret; super petram limpidsissimam uti sigillum impressit, ut tempore dato, utque in latetatem perficeretur ultio: igitur sanguis clamans in vindictam, vulnerum signans offensam, læsus indeleberet permanebit in saxis, quousque è cælo fiat supplicium in ostensionem ultionis. Lapidem vindex sanguine tinxit, ut ultio indelebilis in audaces properaret 3 quippe quam vulnera illata minime transirent, cum haberet cruorem & ante oculos: cuius signa

Cur sanguis tannis apparet in claustris

Math. 23. 35.

Ezech. 24. 8.

Hieronym.

Cur iam evanuit non



Novaria

Apo. c. 17.

Anselm. Mantua

Mantua

Marc. B. 1. 10. Eliza in bon. non pa. tractat.

Ovid. 13. Met. lib. 5.

Obit. Adamo eius spe. cie in fo. mitem con. solatio. Sherlog

Est ma. li phar. macum. & alexi. pharma. cum.

si salva sit, ubi in auxilium invocavit Matrem Dei? *Afflictio, afflictio non est, ubi Virginitas adeat solamen*: subdit Novarin. d. *Excurs. 75. n. 715*. Quantum solamen explicat novum nomen. De novo nomine dicitur, quod nemo scit, nisi qui accipit. Prius non cognita sine nomine, nominis Virginitas virtute; quousque expressit propter afflictionem ex anxietate pectus. Nomen novum eius cognoscitur, sed dumtaxat quum accipitur: equidem in solamen afflictionem advolat prompte Maria; modo pro nomine Virginitis nominetur in gratiam Misericordia. *Quis non speravit in te, que etiam adiuvas desperatos?* Infit ibid. cit. Anselm. Quis cogitare quibat salvam, & rupe impulsu deiecitam? Obijcitur in umbra patrocini speculum, & quantum in homines patrocini: equidem ut poterat demonstraret protectionem; sublevavit in salutem vel precipitem.

— *Tuta per omnes Militas casus pietas incernis.*

5. Inducatur Virginitis singularissima (nobis commoda) gratia principali Tautologia. In extrema tribulatione severitatem acerbitatis Deus misericors mitigavit propter electos, quos elegit. Iteratur in huiusmodi favore forma divinæ electionis, propter prerogativam insignem Virginitis-Matris, in genus humanum prou; ut illud resicuat pristinae felicitati: meritoque omnes noscitur eius electionem geminam; quippe per Virginitatem à Numine electi tam ad gratiam, quam ad gloriam. Percurramus singula, quippe in gratias ad gratiam.

Non vacat Aurora. Placuit nonnullis in somno Adami, seu raptu, ad cladis futuræ solamen, illi obiectam ex se futuram purissimam Virginitatem. Videtur Pelbart. 5. *Stellarij*, p. 1. art. 3. cap. 3. Unde Sherlog. *Antiq. Hebr. lib. 1. dissert. 4. sect. 17. n. 131*. inquit: *Hæc locum habere, quamvis Ada pro statu innocentia de B. Virgine notitia indita fuisset: cum enim committenda à se noxæ præsciis non esset; de S. Maria cognovit Mesia genitricem futuram, gratia superplenam, hominum & Angelorum Regnam. Postea autem cum interdicitum degustavit pomum, cum erumnis & calamitatibus oppletus est; ne inconsolabili ta-besceret mœrore, quod liberari à malis non possit, nisi clementia Domini opitularetur; detectum ex illi, Mariam ad hoc specialiter electam, ut lapsum plasmationem ad spem dulcissimam erigeret, & quales de adversario palmas reservet. Pharmacum & alexipharmacum naturæ humanæ destinatur à*

Numine: etenim si languor ingruit, vel serpe; adeit, ut ingressum removeat, & advenientem compescat.

6. Effulget in Matre Dei clementissima, & simul hominum matre (quia semel concepit, & semper parturit: virgoque permanet) quod singulariter in salutem hominum ex Salvatore virtute. Hic non solum male habentes curavit, sed in excellentiam atque commendationem medicaminis; *Virtus de illo exibat & sanabat omnes*. Nodus Hercules. Unde salus omnibus? Si non omnes infirmi quomodo sanabat omnes? Virtute mirifica, ut semper valeret fragilis conditio humana. A valentibus pericula removebat ad infirmis ægritudines opprimentes relegabat: eiusque virtus (quippe eius) sanabat omnes, invalidos & valentes: invalidos, ut fanitate valerent; valentes verò ne caderent. *Nescit enim* (inquit Plin. lib. 5. *Epist. 12*) *incitata liberalitas stare; cuius pulchritudinem usus ipse commendat*. Quid si datum amittitur? Quid si bonum non habetur? Gratia Salvatore, in usum humanæ salutis necesse stare. Studet beneficii pulcherrimum: equidem magnum & in gratijs pulcherrimum: non solum salutem ægris laborantibus conferre, sed ne collata amittatur, vigilantur prævenire. Hæc tanè sollicitudo Virginitis in filios adoptionis, ne cadant, vel ut exant catenas demonis, in quas laboratur infirmitate criminis; ipsiusque virtus mirificè sanat omnes; quoniam prævenit ne cadant, vel invat ut surgant. Ut surgant validi relinquentes iniquitatem languorem; & ne cadant in illum, ferventes crimen.

7. Est Virginitis stemma in homines omnimoda gratia: & ut præset auxilium, habet eius amor singularem in largitione modum. Verè dicemus de vita nostra (Virgine dulcissima) quod de morte expressit Seneca; quoniam per eam etiam in morte à nobis videtur vita. *Felicitatem includit calamitatem repellit. Omnibus finis, multis remedium, quibusdam votum: de nullis melius merita, quam de his ad quos venit, antequam invocaretur*. Hæc servitute invitato Domino remittit: hæc captivorum catenas levat, hæc è carcere educit, hæc exulibus in patriam semper animum oculisque tendentibus, ostendit. Clara Virginitis officia, atque gratiarum & patrocini nota erga peccatores panis obnoxios, & exules iustos: etenim illos à diaboli servitute in libertatem solvit, catenas criminum frangit, è carcere flagitiorum educit, & perducit ad gratiam; sicut hos animis & oculis tendentibus anxie in patriam, festiva adducit in gloriam. Acci-

Luc. 6; 19.

Qua vir tatis excellencia

Plin2

Sen. ad Marcia. cap. 20.

Officiu eius in patrociniu nem.

Venant.

Ioan. 2. 8.

Cicer.

Supra omnem & ultra spem.

4. R. g. 3. 11.

Sanct.

Sen. ad Marcia. cap. 20.

Præsent in auxilium, si cogitatur absentia.

nit Venant. Fortunat, de Partu Virgin. à v. 207. *Felix qua generi humano, sub tartara lapsa, Ad celos facta es sors, via, porta, rota. Aula Dei, ornata paradisi, gloria regni, Hospitium vitæ, pons penetrando celos*. Gratias cunctis largitur: gratioreque noscuntur, antequam invocetur; quippe quam præventa ab eius amore gratia, antequam patrocini sollicitent desideria. Auxilium ante necessitatem prævenire, est eius gratiæ blandimen. Non invocatur, ac in nuptijs Filio dixit ad gratiam *Vinum non habent*. Studium eius innotuit: præciosior eius gratia, antequam ad gratiam invocaretur.

8. *Supra spem Dei faciunt*: dixit Cicer. pro Roscio. Ita Virginitis patrocini, in salutem hominum: equidem non solum quin invocetur, prævenit gratiam, sed illius etiam prævenit excellentiam. Sperata consequendum profectò: verum exultationis, urgente necessitate, magnitudinem gratia præventa ad benedictionem fit, supra omnem & ultra spem. Peribant siti tres Reges cum exercitibus suis, ductis improvidè in ariditatem solitudinis; quin ullum esset effugium, nisi hostibus turpe spoliolum. Unde à devoto, legique addicto Iosaphat, factus recurrit ad Dominum, ut exercituum imminens pie videret, ac in extrema calamitate iuvaret. Primum inquisivit, an in exercitu vel cum illo aliquis Propheta esset. *Est hic Eliseus*. Eliseus: Quid hic? Inter milites apex virtutis? In exercitu, qui non militaturus? Quorsum vir tantus inter copiarum strepitus? De celo impulsus. *Perebimodè non sine divino consilio accitit, ut Reges hoc se sequeretur Eliseus*: infie hic n. 7. Doctus. Sanctus. In quo consilium & divinum? In gratia per illum concessa à Numine, & in modo singularissimo gratiæ: equidem si opus in auxilium virtute Propheta; ut subveniret promptè, iam erat ibi. Reges cum secum minime adduxerunt. Ille spontè profectus in auxilium, præsciens futuram erumnam; ut gratiorem universis conferret gratiam, & qua angustia futura, non esset, eius præsentia: igitur tempus generosè prevenit, ut necessitatem compesceret, quum veniret. Sors itaque facta, inventa gratia in necessitate extrema: sed extremum potius felicitatis, ubi gratia velocior desiderijs; cum illam desiderare nequibant, quandi molestantur venturam non cognoscebant. Ad Prophetam recurrerent, si prænoscerent: & ubi eius in angustia præsentia desideratur, coram afflictis divino consilio sistitur: præoccupatur patrocini tempore, ut plus rutilaret ex-Tom. VIII. Taut.

cellentia in modo gratiæ: equidem præsentem in iuvenem stupescit videbant, quem absentem desperati in angustia cogitabant: Si rescissent, in effugium secum tollerent, vooarent, nec remanere indulgerent; verum ille, illis nescientibus, præcurritur gratia inspirata cor dignatorum maximo præter gauderet: igitur ibi iam erat, atque præsentem invenitur; ubi de necessitate futura nec cogitatur. Non solum munificè studuit gratiæ, sed elegantè & magnificè, & apprimè, perquam optimè. Eò necessitas cunctos adduxit, ut opis nec spes esset, quin cogitaretur exitus, nec ullus indique modus, quo evadere quidem pericula anfractus, auxiliaque poscerent: ibique disposita præstantissime habebant, antequam desiderarent; quoniam gloria gratiæ fulget, sublevare præsentem acerbam necessitatem, ultra spem & afflictiorum humanam cogitationem. Emitat gratiæ claritas, & modi insignis præciositas: igitur de oppressis egregie merita, ulterius promptitudine illustratur; quoniam venit & perniciter, antequam invocaretur.

*Ipsa triumphatrix gloria domi venit.*

9. Profectò gratiæ triumphus, quem struit in ampliora momenta dilectionis modus; dum favor prævenit tempus: equidem si in angustijs patrocini expectamus, adest promptè, ne expectemus, quippe nunc præprior est nostra salus, quam cum creditimus. Spes protectionis à corde concepta, verum nescit tarda molimina gratiæ: etenim ita ante tempus pervolvit salus, ut nobis præprior esset, quam cum credidimus. Pende emphasim periodi Pauli. *Hoc scientes tempus, quia hora est*. Si credidimus, quod salus ventura; nunc non est hora. Quomodò hora est, cum hora non sit? Si hora nunc, salus iam venit. Si habes, speratur salus. Minime speratur, quod habetur. Unde ergo in salutem speratam tempus hoc, si hora non est? Quia hora non est, proprius in gratiæ claritatem tempus hoc: si quidem præsentem salus, antequam veniat necessitatis tempus. Delicabo clarius. Acerbitate malorum gemebat genus humanum. Libertas per fidem ab oppressione credita; at in auxilium, nesciebatur quando ventura: & hoc signatur in salutem tempus, dum speratur expectaturque salus; in splendorem maiestatis gratiæ, desuper favente Numine: igitur dum in mala auxilium describitur speratum; à celo in hominum gratiam iam descendit auxiliolum. Patrocini tempore mundus credidit, verum tempus non cognovit: & quod futurum concepit spes, signatur ut tempus hoc; quia gratiæ stat summa claritas, dum

Adeq. an sequitur invocatur.

Sabellia

Rom. 13. 12.

Ibid.

Ad gratiam non venit tempus.

ab illa temporis superatur velocitas: quandoquidem favente Numine cœli hominibus concedunt, plus, & ultra quam homines spe concipere possunt. Sic salus nobis propior, quam cum credidimus. Credidimus, invocata advenire. Ultra profecto in obsequium studium cœlestis gratiæ: ultra, in favoris momenta; quippe à sperantibus iuxta votum invenitur, & antequam invocetur. Aliud in salutem credebatur tempus, & est propior in auxilium, quam credidimus; quia clemens Numinis pectus plus concedit, quando homo velle & sperare valet. Vernacule: *Para hacer mas cumplido el favor; es aun en el modo mas, de lo que esperando puede el hombre querer.* Hoc signum eximie gratiæ, cordisque apprime munifici: equidem adest iam præfens protectio in solatium, dum expectatur ut futurum, patrociniûm.

10 Signarunt grati huius beneficentiæ præclarum opus; de quibus Salvator ad mare Iberiadis egregie ac gloriose meritus: quandoquidem cum nec spes esset, tor in necessitate prodigiose misericors sublevavit. *Institis necessitas* dicitur à Salviano, de Provident. lib. 5.

Homer.

*Est qui iubet sui recordari necessitate: Non enim odioso stomacho peius aliud.*

Ioann. 6. 5. Summi- tai gra- tia.

Inquit Homer. 7. *Odyss.* v. 221. Minime mihi sunt queruii fortis, cum in ipsa infelicitate degant felices, floruit misericors, cum sublevasset oculos. Miseros vidit: non videbit, quia respexit: etenim ad conferendam gratiam, satis vidisse miseriam. Cuncti ibi patiebantur & incimus mordens cordulios; at in expressioem afflictionis, nec ullum locuti verbum, dum Salvator statim cogitavit de remedio, ut visa necessitatis afflictio, demonstrans in munere magnitudinem amplioem; quum exhibit beneficium & ante prece. Causa petit, quod lingua tacet: gratiæ accedit vocis aliquid; cui materia est in eiusdem claritatem, dixisse nihil. Corda in gratitudinem quæ sunt concessa, excitaverant; igitur habuerunt quantum volebant. *Illi ergo homines cum viderent quod Iesus fecerat signum.* Quodnam, & cuiusdam, si miraculum factum, fecerat signum? Miraculum insigne Salvator generose patraverat: signum potentiæ cognoscitivæ aliud à se representat. Quid hoc aliud, ut miraculum factum demonstraretur uti signum? Maioris utique gratiæ in gratia exhibita, quippe in eius modo amplior fuit inclusa gratia: miraculumque factum miraculi signum dicitur, ubi gratia miraculi esturientibus conce-

Quibus est. 111

ditur; quippe in miraculo maius effulsit miraculum quoad gratiæ modum: igitur gratiæ contulit favorem & ante prece: antequam necessitatem exponerent, priusquam in auxilium invocarent: antequam futurum conciperent patrociniûm; igitur prævenit & desiderium & votum: gratiæque sicine concessa amplior signabatur gratiæ; cum gratiam iam fastidirent, & antequam expectarent. Ipsi fatentur. Facto miraculo in signum, dixerunt: *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum.* Præfens signatur, qui venturus: Uti que: sublimior in honore ac gratia exprimitur modus; ubi in gratiæ claritatem implicat tempus: equidem venturum quem sperabant favorem, iam aspiciabant præfentem. Ex venturo auxilium quibat expectari, non haberi: simulque dicitur *Hic est, & simul Venturus*, ut eius in gratiam constaret quam pronum pectus: equidem quum mundus anxie ut venturum expectabat; iam in patrociniûm amoris volatu venerat.

11 Filij tramicem in gratiarum concessione cucurrit Deipara. Aptè de Virgine, quod de Filio enunciavit emphatice Samaritano. *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus; cum ergo venerit. Venit, & cum venerit* Præfens & futurus: Ut honoraret homines, qui futurus, ad gratiam iam erat præfens. Nesciebat vim amoris, quam velox flamma pectoris. Tempus iam erat, quum illa necdum esse tempus cogitabat. Quin vellet, amorem Salvatoris erga hominem demonstravit: neciensque dicit *Venit & Venturus*; quippe tempus illius gratiæ, ad gratiam veniens prævenire tempus: præfentemque ostendere patrociniûm, dum ad illum, eius mandus expectaverat adventum. Haud aliter in patrociniû Matris-Virginis, dum ab illa solamina expectant homines. Iudicatur ventura, iam ab eius pietate perfecta gratia; quia pernecitate amoris excedit vota: igitur quum advenire capiunt, atque præ afflictione cordis gemunt, & dolent; ad necessitatem præpropere levandam, præfentem vident. Multa de illa bona præfiosa speramus, multa ac mirabilia credimus; cum eius concessa gratia gratiarum signa, ut illarum splendat celsitudo vel in charismatum modo. Multa & maxima dona in salutem animarum cogitamus, expectamus, credimus; sed procedit ulterius, quia propior nostræ salus, quam cum credidimus: etenim quum in gratias propendat Virginis nobile pectus, iam perfungimur donis, dum speramus. Huiusmodi gratiarum Virginis mi-

Ex: edit eoa 19 desideria Ibid.

Gratia Christi quam prompta

Cap. 4. 25.

Ex: miti Virgins inavarein respicentiam in illo & modo gratiarum.

Tob 9. 16.

mirabilis celsitudo, singulari stylo definitur à Iobo. *Cum invocantem (inquit) exaudierit me; non credo, quod audierit vocem meam.* An quippe nequaquam fides, ubi lumen cognitionis? Maiora latent. Vox clamantis ad invocationem exauditur; & audita exauditione non creditur? Præcedit in angustia velocitatem vocis præcox patrociniûm Virginis: igitur ut confulat invocantis favori, non expectat invocari: iam enim gratia concessa, dum invocatur pro gratia. Afflictus clamat, voce tribulationem explicat, ut Virgo clemens continuo patrocinetur, quia cor ærumnis opprimitur: & cum auxilium invocans à Virgine exaudit ut expellat angustiam, dicit oppressus: *non credo quod audierit vocem meam;* quippequam Virgo consolatrix afflictorum, removet prementem necessitatem, antequam audiret vocem. Audire, est vocem cognoscere: exaudire, favorem à voce expressum concedere: & dum invocantem exaudit, vocem suam ab illa audiri, non credit: quoniam ita celeriter in patrociniûm festinat, ut exaudiat oppressum, antequam clamantem audiat. Hoc signum gratiæ Virginis: si ex dolore cordis vox, tarda celeritas vocis; etenim ut sublevetur in levamen afflictus, ad gratiam uti amabilis mater, præoccupat tempus.

Iam gratia concessa, dum invocatur pro gratia.

Proprii Virgins inavarein respicentiam in illo & modo gratiarum.

Cruciat.

Math. 25. 22. Sat clementiam, miserum aspiciere.

12 Ulterius. Elucet in sacro testimonio Virginis gratia, fed gratiæ restant præclariora insignia; dum simul sine fastidio extendit manum, in auxilium peccatorum. Pende: peccator gravatus pondere criminis, ægre ferens catenas oppressiois, vindicem iurè formidat: Matrem, uti refugium peccatorum, clamat: ac verè dicit, *Cum invocantem exaudierit me; non credo, quod audierit vocem meam.* Dum illius vocem invocantem Virgo exaudit, vocem propriam in exauditione Virginem audisse non credit? Iuste. Exaudit Virgo vocem peccatoris in auxilium invocantem; sed non propter peccatoris vocem, sed propter se; etiam si ab illa audiret vel exaudiret peccatoris vox: equidem proprium matris, & muneris Virginis, audire & exaudire invocantes peccatores.

*Hac mitis gratia cœli.*  
13 Patet ergo quanta gratia, dum exhibetur tanquam Chananea rogans pro filia. Accersit illa ad Salvatorem; anxie, labori non parens, ab illo inquirens salutem. *Filia mea (ait) malè à demónio vexatur.* Quid? Non petit liberari? Malum duntaxat exponit; quippe elementi, malum cognoscere, sufficit: nilque plus ad pictam *Tom. VIII. Taut.*

tem potest movere; quàm hominem videre sub potestate satanae. *Filia mea malè à demónio vexatur.* Cognoscitur matris pietas, & quò deveniat peccatorum iniquitas: iniquitas, quippe à criminibus minime separantur; quantumvis à demónio malè vexentur. Matris pietas, ut speculum habeat Mariæ pectoris benignitas, & rurlic gratia; quoniam Maria semper est Maria: & in patrociniûm etiam cognoscit ut filios, quos criminibus videt demonis servos. Filia malè patitur sub demone, dicitur: *Miserere mei Domine. Mei?* Sanè: vexabatur malè vexatione filia; & quidem grave, domi habitare cum demone. *Mei.* Amoris Virginis erga homines clara vox. Sub demone flagitijs mancipatos videt, & quia videt dolet, sollicitans libertatem per conversionem; ut filij sint proprii, qui prorsus alieni sub criminum potestate: *Meique* dicitur, quasi illa vexationem pateretur, dum illi sunt sub tyrannide demonium; quippequam in penititudinem, semper Mater peccatorum.

Ibidem.

Cur plan datur Mater peccatorum.

14 Amor iuxta Othonem Venium, Amor. Emblem. 105. abhulic à Marte gladium.

*En stricte Mantis manibus puer eripit ensi, Et sua bellacem vincula subire iubet.* Usquequaque in Virgine-Matre videtur articulus, dum iustitia divina in transgressores legis intendit arcus. *Folia arboris vite in scuti formam:* inquit Rab. Salom. in *Genes.* 2. Illa verè vite arbor, ubi sagittas divinæ iustitiæ acuit peccatorum furor: igitur ut sagittæ transeant, ac non in mortem animarum percutiant; in illarum patrociniûm opponitur uti scutum. Quod factum de matre Amoris, scimus de amore matris. Accinit Homer. 5. *Iliad.* à v. 220. dum periclitaretur Aeneas: *Mater ante ipsum pepli nitidi plicaturam obtendit.*

Oth. Vanz.

Rob. Sa lom. Repr. mit in illos vinciam, & prote. 81.

*Manimentum ut esset telorum; ne quis Ferrum iaculatus; animam adimeret.* Velum, seu pallium uti scutum extendit in misilia, ne percat ex vulneribus imbellis anima: imò amor eius aude in illius patrociniûm à Marte tollere gladium; ut per illam clareat pater misericordiarum, qui minax propter scelera plaudebatur Deus ultionum. Iurè Numen irascitur, ut homo propter crimina damnetur. Fulminat: ac cum Virginem aspiciat; *Nulla manu quare fulmina gestat? Amat.* Sicine est homo sicut Cycnus sub lauro, sicut agni in Diane luco. *Velut asylum* (inquit Gyrald. *Syntag.* 15. num. 21.) *ed vulnus adire*

Homer.

Marcial 5. 6. pigra 56.

Diane asylum.

adire non audebant nec leones, nec lupi; sed cum conficerentur, subsistebant. Quisnam demonum ita animum foveret audentem, ut sequeretur confugientem ad Virginem? Explicat Ioann. Geometr. in Hymnis, dum Virgo plauditur: Lux hominum, genio vis ignea pravo, igni ignis, languores solvens, fraudesque tyranni. Gaudij apex, metaque dedecoris, hominum generisque levamen: Hymnoque 4. à v. 17. succinit:

Gaude, quæ iustis mortales eruis irâ,  
Qua nos plectere vult Conditor Omnipotens.

Gaude, quæ afflictos servorum & more ruentes,

In terris homines erigis auxilio.

15 Perpende modum, quo compefcit ingenium Virginis demonis mille nocendi artes. Peccatores, quum criminibus, hostibusque in penas exactoribus, vexantur; ad illam utpote Matrem, ut liberentur, confugiunt. Tuti uti in atylo sunt ibi: inde hostes expectant egredi; ut extra lucum hiant acerbitatem penarum: iuxta pondera criminum. Virgo satagit, ut liberet, liberatque si flagitiorum pœnitet, ut redeant in gratiæ felicitatem per cordium compendiorum conversionem; qua egredi possant impunes; vel inter hostes.

Modus iniqui protellio nis.

Hi in prædam egredientes explorant: illi que ab ara exeunt bus dæmones ciuant; quippe Virgo haud indulget ut exeant, donec pœniteant. Hostes illos in cruciamen persequuntur, quia illorum cor pravam est; sed amor Virginis facit, quod convertantur ad cor, ac per susceptam voluptatum pœnitentiam, faulte protecti restituantur ad gratiam. Genus humanum (quod hereditas Domini) fuit semen electum, ut gratum superno agricole redderet fructum. Venit inimicus, & super agrum opimum seminavit zizania. Servi Zelote illa voluerunt eradicare, sed sunt inhibiti: Ne forte (ait) colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Triticam? Hoc à zizanijs diversas habet radices. Unde ergo simul eradicandum triticum? Quia dolo diaboli triticum in zizania fuit conversum; laboreque restituetur in conditionem tritici; remotâ zizaniorum vitiorum perverfa malignitate. Si incaute eradicaretur, spes conversionis proculdubio amitteretur. Peribat. Non intenditur pœditio, sed pravitas conversio: etenim felicem erit in mensum, modo vitiorum obtinuerit conversionem. Zizaniorum pravitas, vitiorum iniquitas convertibilis

Matth. 13. 29.

Usquequaque accidit protectione Virginis-Matris. Fit conversio, sub Virginis ducatu: subdit Novarin. d. Excurs. 14. num. 188. nec quamvis zizania, permittit eradicari, consulens morum, seu iniquitatis conversioni; ut conlet dæmonum in homines furor, & in peccatores, ut pœniteant Virginis amor: equidem illa favente ex zizanijs opima melsis triticea; quam diabolus fraude iniqua converterat in zizania. Quod hodie erat zizania, eras triticum veriebat. Quid ad presens peccator cernitur (inquit Chrysologus, serm. 97.) ad futurum iustus assisfit. Nostra pœnitentia tempus, ut qui se de malo commutavit ad bonum, Dominicum deputetur in triticum. Patrocinium Virginis incumbit, ne peccatores, ut pereant, eradicentur; sed ut in fructum pœnitentia, moribus immunitatis, convertantur: eludens protectione totius inferni conamen, qui dolis subdole depravaverat semen. Alio clamabat Ethnicus.

Heu, beu! nulla me te tangit cura salutis?  
O Virgo miserere mei, miserere meorum.

Effice me meritis tempus in omne tuam.

Hæc vox afflicti atque servi humani generis; sed exitus in id dicit charitatem Virginis. Unde Geometra, Hymn. 1. v. 3; succinit:

Virgo salutaris à gavisâ salute.  
Salutaris salute? Meditantur est usus artificij Tautologia. Salus est, ubi à languore eripitur cor. Salus salutaris, ubi non solum amor liberat, sed libertatem conservat, nec secus Virgo plauditur; quia gaudium plenum plene per illam conceditur.

16 Petrus ut alibi dixi, dormiens & vincens catenis, typus fuit obeccati, peccatoris. Exivit liber favente Deo, ac in libertatem Angelo de caelis misso. Cognovit verum quod cogitaverat somnium; Consideransque, venit ad domum Mariae, matris Ioannis. Quid à sospite Petro illorum consideratur? Ne liber iam, de nudo comprehenderetur. Considerant periculum, gressus direxit; ut caveret, ne rursus in Herodianorum manus incidere (inquit Alapid.) idèdque recia iit ad domum Mariae, ut inter suos tutus esset. In domo Mariæ iam tutus, qui à vinculis liberatus, qui à morte miraculo exemptus; ut cluceat protectio Virginis erga catenatos miserimè peccatores, quos non solum ab æterna morte liberat; sed etiam protegit; ne illorum anima in manus dæmonum iterum cadat. Hic post nactam liber-

Novar.

Illius ra trovato peccatorum fit conversio

Chrysolog.

Calurn Ecog 2. Ovid. Epil. 11 à v. 11.

Ioann. Geom.

Act. 12. 12.

Alapid.

Non solum animam à crimine liberat, sed fovet ad deum cadat.

Fel nemensuf fiet in buluimo di tuamen.

bertatem tuta est. Verum illa Maria, Virgo Deipara non fuit: illucque redâ Petrus perrexit, & post exitum è carcere præsidium consideravit; quoniam ad optatam amabilem sospitatem, sufficit Virginis nomen. Post filij, muadi Salvatoris nomen, non enim aliud sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: igitur ita homini salutem optat, incolumitatem sollicitat, ut non solum pericula removeat, lapsum infeliciter, misericors eruat; sed & confugientem nonnumquam protegat, ne denudò in crimen & manus dæmonis cadat. Haud fatiscit in gratia. Maria semper est Maria. Anamus

nostra beneficia geminare: nec semel præstas largitas collata fastidium: magisque nos provocant adsequens præmiu, qui initia nostra gratia suscipere meruerant. Ut anteriora merito contulisse videamur, & in sequentibus constantiam tenere benignitas æstimetur. Missa quæcumque in mundo gratiosa fiant erga miseros homines, respectu gratiarum Virginis-Matris.

Nunc quoque nostras respice terras:  
Et si qua novo bellua vultu  
Quatiet populos terrore gravis;  
Tu fulminibus frange trifurcis.

Cassia. Var. Ep. 21.

Sen. in Herculi. Octav. à v. 1987.

# TAUTOLOGIA UNDECIMA.

## QUI HABET SPONSAM, SPONSUS EST.

Ioann. 3. v. 29.

### EXPOSITIO LITTERÆ.

Comprehendit periodus summum matrimonij momentum, obijciens ad iultas nuptias legitimatum personarum consortium; quod turpe, si non legitimum. Iustum igitur & æquum ratione, lege, more, institutione & ab initio; viri & femine coniugium sine divortio: siquidem in illo & per illum numerum fecant, ut unum ex duobus fiant

Coniugium ex viro & femina.

Ordine cuncta suo, manet irrevocabile munus.  
Formatur virtute Dei mas unus & una.  
Dracontius de Oper. sex dier. à v. 337. Masculum & feminam creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam.

Dracont.

Gen. 1. 2.

Spiritus unus, amorque animis concordibus unus,  
Una anima est: animos quis putet esse duos?  
Felicis, quibus una dedit concordia vitam.

Hæsius.

Canit Guilielm. Hæsius de Charit. Emblem. 33. Hoc enim inuitu apud Horum Apollin. lib. 2. de Sacris Ægyptior. litter. Hierogl. 13. Sponsa pacta signabatur in circulo Solis bipartito, ac in medio stella (amotis nota) portiones iungens in unum. Viro & uxori (ait Aristotel. 8. Ethicor. ex quo Cæsar. Rhodigin. 28. Lect. antiquar. cap. 13.) secundum naturam inest amicitia: siquidem homo natura coniugale amplius est, quam civile. In amicitia enim invenitur societas, in societate utilitas, in utilitate voluptas. Par animis forma: ait Ovid. 6. Pastor. v. 787. Ita felix, aliter, catenati labores. Unde Euripides in Orest. à v. 602:

Emblema desponsata.

Aristot.

Euripid

Coniugia, quibus mortalium sunt felicitas  
Illi est beatæ vitæ: quibus autem non rectè cadunt;  
Sunt miserimè inter & foris.

2 Inter sponsam & sponsum sanè coniugium. Sacramentum (Græc. Mysterium) hoc magnum est. Ego autem dico (subdit Paulus) in Christo & Ecclesia. Tò In pro Inter. Ita enim Ecclesia collatis pro dote dotibus, sicut sponsa ornata monilibus suis; ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi;

Eph. 5. 12. In pro Inter.